



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. De hoc s[a]eculo, quòd non timeat Dei iustitiam & extremum iudicium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

nam veniet Dominus ad iudicium & cetera. sicut prophetauit Enoch.

CAPVT XXIII.

ARGVMENTA.

1. *De hoc seculo quòd non timeat Dei iustitiam & extremum iudicium.*
2. *De timore Dei & iustitia ante oculos habenda.*
3. *De magistratu, quòd non puniat delicta populi.*



Experientia docet, quàm sit hoc seculum sine omni timore Dei, solumq; iactans misericordiam, fidem Christi & merita eius: verùm vita & moribus non timet Deum offendere, neq; putat Deum vlcisci peccata, sed solùm esse misericordem ob Christi satisfactionem, & non ampliùs peccata punientem: æstimat autem se adedò iustum & iam saluum, nò ponderans quòd beata virgo canit Luc. 1. Et misericordia eius à progenie in progeniem timentibus eum: timentibus dicit, non liberè & lasciue viuentibus. Et Exod. 20. Ego Deus faciens misericordiam in mille, qui seruant præcepta mea. Pro quo notandum, quòd postquàm Deus creauit hominem, posuit illum in Paradisum, Genes. 2. Creauit autem illum in originali iustitia sine omni macula & peccato in perfecta innocentia: deindè, quatenùs illam innocentiam & originalem iustitiam seruaret & non perderet, dedit illi præceptum, ne de ligno scientiæ boni & mali comederet, non vt obseruatione illius præcepti mereretur iustitiam originalem, quam iam gratis acceperat in creatione, sed vt illam retinerent vnà cum vita naturali: adiecit quoque minas, inquiens: Quacunq;

die comederitis de arbore ista, moriemini &c. In crea-
 tione exhibuit grātis misericordiā, in præcepto mu-
 niuit eius iustitiam: gratuitò igitur accepit homo vi-
 tam & originalem iustitiam, quæ mereri non potuit:
 iussit quoq; Deus retinere, & dedit quoq; adiutoriū
 Spiritum sanctum. Sed quoniā homo hæc omnia con-
 temptit, & potius malo spiritui quàm Deo obediuit,
 expulsus est extra Paradisum, addictus æternæ dam-
 nationi & morti: & nisi Deus pater ex misericordia
 sua misisset saluatorē Iesum Christū, nemo fuisset sal-
 uatus: tam austerā fuisset Dei lata sentētia & iustitia.

2.

Et quoniam Deus primo homini non pepercit,
 quem grātis sic ornauit originali innocētia &c. mul-
 tō minūs parcat Dei iustitia impijs illis, qui non so-
 lum vitam naturalem habent à Deo, sed etiam sunt
 abluti semel & sanctificati sanguine Christi, i. Corin.
 6. iustificati & redempti semel, si non obederint E-
 uangelio, si in peccatis vixerint impœnitentes, vel
 potius abusi fuerint gratia Dei, illos manet Dei iu-
 stitia & iudicium certissimum, non iuuabit vel libe-
 rabit eos vana fiducia quam iactant: vt enim nō pro-
 fuit Adę sua innocentia dūm peccauit, sed illam per-
 didit, & in manus Domini incidit: Sic nec baptizatus
 gaudebit de accepto Baptismo, fide, &c. si Deum non
 timuerimus, eiusque præcepta sancta Euangelica cu-
 stodierimus. Timor Domini odit malum, Prouerb.
 octauo. Ecclesi. i. Initium sapientiæ timor Domini,
 pater familiās custodit domum, ne fur veniat & effo-
 diat thesaurum &c. Matth. 24. quantò magis nos ti-
 mere debemus, ne perdamus iustificationem, & inci-
 damus in manus Dei, quod est horribile? & hinc est q̄
 Christus admonet Ioannis quinto sanatum hominē,
 vt nō ampliùs peccaret, ne sibi deterius qd cōtingat.
 Et Apostoli quoties nobis proponūt, quatenùs iusti-
 ficati sumus fide per sanguinem CHRISTI, statim
 adiun.

Rō 5. & 6.